NOTE IV.

A NEW SUBSPECIES OF MEGACEPHALA MURCHISONA FROM NORTH-QUEENSLAND

DESCRIBED BY

WALTHER HORN.

Megacephala (*Tetracha*) *murchisona* Flt., *corpulenta* m. (nov. subsp.).

Differt a typo et capite et prothorace et elytris multo latioribus robustioribus, statura majore, fronte antica foveis 2 profundioribus discoidalibus ornata, pronoti sulcis transversis in disco fere evanescentibus, cristae epipleuro-pronotalis parte posteriore plus minusve dilacerata aut minus acuta; elytris fere ut capite prothoraceque coloratis (non coerulescentibus); corpore subtus item minus coerulescente, magis viridi; pedibus paullo longioribus. — Long. 21 mm. sine labro, summa elytrorum latitudine $9^1/_2$ mm.

1 ♀; Queensland borealis. — Coll. mea.

Tetr. pulchrae Brn. iterum similis, differt statura majore robustiore; prothorace ante medium et in medio minus angustato, pone medium longius per spatium angustiore; pronoto planiore, et mediam basim et medium apicem versus minus declivi (ut impressiones illae transversae et apicalis et basalis in disco leviores aut plus minusve evanescentes videantur), crista epipleuro-pronotali multo longiore usque ultra medium prolongata (in illa specie brevissima!), sutura episterno-epipleurali minus curvata (visu laterali!); elytris in medio et postea magis inflatis, ad angulum suturalem non declivibus sed applanatis (ut tuberositas, ut ita dicam, indistincta sublateralis ante-apicalis in utroque latere for-

metur), pone medium usque ad apicem vix perspicue punctulatis (evidenter subtilius quam in illa specie); elytrorum epipleuris obscure-testaceis sine ullo splendore metallico; striis episternalibus (in toto pectore illius speciei hinc inde brevibus irregularibusque) deficientibus; colore corporis, pedum, antennarum etc. ut in illa; antennis paullo, pedibus evidenter longioribus, his quoque robustioribus.

By the first inspection this beetle might remind more of *Tetr. pulchra* Brn. than of *T. murchisona* Flt., that is why I have given an exact comparison with the former too; but a careful examination of the characters of these two species lets easily see that the new form belongs to *T. murchisona* Flt. It differs from the latter especially by the larger size, broader and stouter shape of head, prothorax and elytra, by the anterior and posterior transverse impression of the pronotum, much less deep towards the middle, by the sharp edge between the epipleurae of the pronotum and the pronotum as long as in the type (but beyond the middle of the length more or less dilacerated), by the longer legs, the coloration of the elytra like that of head and prothorax etc. The abdominal sternits are (as in the typical *T. murchisona* Flt.) impunctate.

Berlin, March 1907.